



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 18. Imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis,
Monasterijs, aut eorum fructibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

*Incurrit usurpans bona etiã
Ecclesie vacantis, siue Roma-
na, per illa verba, Ad sedem
Apostolicam, quã nunquam
moritur; siue ad alias spe-
ctent Ecclesias.*

S. 18.

*Imponentes decimas, & alia
onera personis Ecclesiasti-
cis, Monasterijs, aut eorum
fructibus.*

Quiuè Collectas, Decimas,
Talleas, Præstantias, & alia one-
ra Clericis, Prælatiis, & alijs per-
sonis Ecclesiasticis, ac eorum,
& Ecclesiarum, Monasteriorũ,
& aliorum beneficiorum Ec-
clesiasticorum bonis, illorũq;
fructibus, redditibus, & prouẽ-
tibus huiusmodi absque simi-
li Romani Pontificis speciali
& expressa licentia imponunt,
& diuersis etiam exquisitis mo-
dis exigunt, aut sic imposita,
etiam

IN COENA DOM. 421

etiam à sponte dantibus, & cōcedentibus, recipiunt; Nec non qui per se, vel alios directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdè auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeât dignitate, seu Principes, Duces Comites, Barones, alii Potentatus quicūque, etiã Regnis, Provincijs, Ciuitatibus, & Terris quoquomodo Præsidentes, Cōsiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti; Innouantes decreta quæ super his, per sacros Canones, tã in Lateranensi nouissimè celebrato, quàm alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis,

In-

Incurrunt hanc imponen-
tes. Accipientes quoque etiam
à sponte dantibus. Illud dici-
tur sponte datum ad effectum
incurrendi hanc censuram,
quod sine alia speciali vi, aut
coactione, præter exactionem
seu impositionem communem
datur. Hæc enim dicitur suf-
ficiens vis, & coactio ad in-
currendam hanc censuram.
Si autem omninò absoluta, &
libera voluntate donandi ali-
quid daretur, non diceretur
vetitum hic accipi. Quod ta-
men in praxi rarò contingit.

S. 19.

Judices seculares, qui se in-
terponunt in causis capita-
libus, seu criminal. contra
Ecclesiasticas personas.

Item excommunicamus, &
anathematizamus omnes, &
quoscunque Magistratus, & Ju-
dices